

Ex libro ſci aguſtini contra priſcillianiſtas ad locum ubi de tropiſ mire loquitur;

Non eſt ergo mendacium cum ſilentio abſconditur uerum ſed cum loquendo promitur falſum. Iacob autem quod matre fecit auctore ut patrem fallere uideretur;

ſi diligenter & fideliter adtendatur non eſt mendacium ſed myſterium. Quæ ſi mendacia dixerimus omnes & iam parabolæ ac figuræ ſignificandarum quarumque rerum quæ non ad proprietatem accipiende ſunt ſed in eis aliud ex alio intellegendum dicentur eſſe mendacia quod abſit omnino. Nam qui hoc putat tropicis & iam tam multas locutionibus poteſt hanc inportare calumniam ita ut nec ipſa.

Mynors 3c